



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Flavii Vopisci Syracvsii Procvlvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

tus est. Auū meū saepe dicēte audiui se interfuisse, cū ille adoraret. Flebat inqt, & dicebat: necessariū, si nō arrogāter dicā, resp. uirū perdidit. Ego certe instauraui Gallias. Ego à Mauris possessam Africā reddidi. Ego Hispanias pacauī. Sed qd̄ prodest: oīa hęc affectato semel honore perierūt. Et cū eū animaret, uel ad uitā, uel ad imperiū, q̄ induerūt purpurā, in hęc uerba differuit. Nescitis amici, qd̄ mali sit imperare. Gladij, & tela nostris ceruicib⁹ impēdet: iminēt hastā: undiq; undiq; spicula: ipsi custodes timent: ipsi comites formidant: nō cib⁹ p̄ uoluptate, nō iter p̄ autoritate, nō bella p̄ iudicio, nō arma p̄ studio. Adde q̄ oīs aetas in imperio reprehendit. Senex est quispiā, inhabilis uidet: sin min⁹, inest furor. nā q̄ imperatorē me cupitis, in necessitatē mortis me trahitis. Sed habeo solatiū mortis, solus perire nō potero. M. Saluidien⁹ hanc ipsius orationē uere fuisse dicit, & fuit re uera nō parū literatus. Nā & in Africa rhetoricā operā dederat, Romæ frequētauerat pergulas magistras. Et ne longius progrediar, dicendū est qd̄ p̄cipue ad hūc pertinet. Errare q̄sdā scio, & putare hūc esse Saturninū, q̄ Gallieni tēporib⁹ imperiū occupauit: cū is longe alius fuerit, etiā Probo penē nolēte sit occisus. Fert̄ autē Prob⁹ & demētes ad eū literas saepe misisse, & ueniā esse pollicitū: sed milites, qui cū eo fuerāt, nō credidisse. Obfessum deniq; in castro quodam ab ijs, quos Probus miserat, inuito Probo esse iugulatū. Longum est friuola quæq; connectere, & odiosum dicere, quali statura fuerit, quo corpore, quo decore, quid biberit, quid comederit: ab alijs ista dicantur. Quæ propē ad exemplum nihil profunt. Nos ad ea quæ sunt dicenda, redeamus.

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

PROCVLVVS



ROCVLO patria Albingauni fuere positi in alpib⁹ maritimis domi nobiles, sed maiorib⁹ latrocinantib⁹: atq; adeo pecore, ac seruis, & ijs reb⁹, quas adduxerat, satis diues. Fertur deniq; eo tēpore, q̄ sumpsit imperiū, duo millia seruorū suorū armasse: Huic uxor uirago, quæ illū in hanc præcipitauit demētiā, noīe Sampso, qd̄ ei postea inditū est. Nā antea Viturgia nomiata est. Fili⁹ Herēnian⁹, quē & ipsum quinquēniū si impleset (ita em̄ loquebat) dicasset imperio. Homo, qd̄ negari nō pōt, optim⁹, idēq; fortissim⁹: ipse quoq; latrocinans affuer⁹, qui tñ armatā semp̄ egerit uitā. Nā & multis legionib⁹ tribun⁹ præfuit, & fortia ædidit facta: & qm̄ minima quæq; iucūda sunt, atq; habēt aliquid gratiæ, cū legunt: tacendū nō est, qd̄ & ipse gloriat̄ in quadā sua epistola, quā ipsam meli⁹ est ponere, q̄ de ea plurimū dicere. Proculus Metiano affini s. D. Centū ex Sarmatia uirgines cepi. Ex his una nocte decē iniui: oēs tñ, qd̄ in me erat, mulieres intra dies xv. reddidi. Gloriat̄, ut uides, rem ineptā, & satis libidinofam: atq; inter fortes se haberi credit, si criminū densitate caleseat. Hic tñ, cum etiā post honores militares se improbe, & libidinosē, tñ fortiter ageret: hortantibus Lugdunētib⁹, qui & ab Aureliano grauiter cōtusi uidebant̄, & Probū uehementissime pertimescebāt, in imperiū uocitat⁹ est ludo penē, & ioco, ut Onesimus dicit: qd̄ quidē apud nullū aliū reperisse me scio. Nam cū in qdā cōuiuio

○ 3 ad latrunculos

ad latrunculos ludere, atque ipse decies imperator exisset: quidam non ignobilis scurra. Aue, inquit, Auguste. Allataque lana purpurea, humeris eius iunxit, eumque adorauit: timor inde cōsciorum, atque inde iam exercitus tentatio, & imperij. Non nihilum tamē Gallis profuit. Nam Alemannos, qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sine gloriæ splendore cōtriuuit, nunquam aliter quam latrocinandi pugnans modo. Hunc tamē Probus fugatum usque ad ultimas terras, & cupientē in Francorum auxiliū uenire: à quibus originē se trahere ipse dicebat: ipsis prodentibus Francis, quibus familiare est ridendo fidem frangere, uicit, & interemit. Posterius etiam nunc apud Albingaunos agunt: qui ioco solent dicere, sibi non placere esse uel principes, uel latrones. Hæc digna memoratu de Proculo didicisse memini. Veniamus ad Bonosum, de quo multo minora condidi.

Germanorum
nomē anti/
quius, Ale/
mannorum
recentius.

Franci for/
disfragi.

FLAVII VOPISCI SYRACUSII

BONOSVS



BONOSVS homo Hispaniensis fuit, origine Britannus: Galla tamē matre, ut ipse dicebat, Rhetoris filius: ut ab alijs cōperi, pædagogi literarij: paruulus patrem amisit: atque à matre fortissima educatus, literarū nihil didicit. Militauit primum inter ordinarios, deinde inter equites: duxit ordines, tribunatus egit, dux militis Rhetici fuit: bibit quantum hominum nemo. De hoc Aurelianus sæpe dicebat: Nō ut uiuat natus est, sed ut bibat. Quē quidē diu in honore habuit causa militiæ. Nam si quando legati Barbarorum undecumque gentium uenissent, ipsis ppinabat: ut eos inebriaret, atque ab his per uinum cuncta cognosceret. Ipse quantumlibet bibisset, semper securus, & sobrius: & ut Onesimus dicit scriptor uitæ Probi, adhuc in uino prudentior. Habuit præterea rem mirabilem: ut quantum bibisset, tantum mingeret: neque unquam aut eius peccus, aut uenter, aut uesica grauaret. Hic idem, cum quodam tempore in Rheno Romanas luxurias Germani incēdissent, timore ne pœnas daret, sumpsit imperiū: idque diutius tenuit, quam rebatur. Nam longo, grauique certamine à Probo superatus, laqueo uitam finiuit. Tunc quidem iocus extitit: Amphoram pendere, non hominē. Filios duos reliquit, quibus ambobus Probus pepercit. Vxorē quoque eius in honore habitam, & usque ad mortē salario præstito. Fuisse enim dicitur, ut & auus meus dicebat, scœmina singularis exempli, & familiæ nobilis gentis Gotthicæ: quā illi Aurelianus uxorē idcirco dederat, ut per eum à Gotthis cuncta cognosceret. Erat enim illa uirgo regalis. Extant literæ ad senatū Thraciarum scriptæ, de ijs nuptijs, & donis, quæ Aurelianus Bonoso dari nuptiarum causa iussit, quas ego inserui. Aurelianus Augustus Gallonio Auito s. Superioribus literis scripserat, ut optimates Gotthicas apud Perinthum collocares decretis salarijs: non ut singuli acciperent, sed ut septē simul unum cōiuium haberent. Cum enim diuisæ accipiunt, & illæ parū sumunt, & Respublicæ plurimum perdit. Nunc tamē, quoniam placuit Bonoso Hunilam dari, dabis ei iuxta breue infra scriptum omnia quæ præcipimus: sumptu etiā publico nuptias celebrabis. Breuis numerus fuit: Tunicas palliolatas, hyacinthinas, subsericas: tunicā auro clauatā subsericā librilem unā, interulas dilores duas, & reliquas quæ matronæ